

coiens. Hoc autē & ipse palā dicit: Nō est homo in mūdo qui possit Alcoranū intelligere: Et quō mandavit deus hoc seruari: si nō dedit & intelligi: Oportet autem scire: q̄ in euangelio nihil est/ quod non possimus etiā intelligere fidei lumine adiuti. Sed neq; propter doctrinā quæ in eo continet/ est scd'm rationē: Dicit enim in multis locis deū mandauisse angelis/ adorare Adam; & eos quidē qui nolent/ fieri demones; adorantes autē manere angelos. Et quō deus mandasset idolatriā/ & angelis honorē tribuisset qui soli deo debebatur? Item & ratione doctrinē irrationabilis est ex dictis ipsorū: In illa enim lege maxime necessarium; ut ipi dicūt: hoc est: ut dicat ubiq; / q̄ nō est deus preter deū; & Mahometus est apostolus dei; addit q̄: & q̄ deus est magnus. Sed quæ ānunciatio est ista? Nullus em̄ q̄ ratione utit/ dicere posset deū esse paruū. Itē ppositio q̄ dicit: Nō est deus preter deū; vera est p seipsam; & a nullo ei contradicit: siue unus sit deus/ siue plures. Et in oibus verissima est talia duplicatio: nō est em̄ angelus nisi angelus; & non est homo nisi homo; & nō est asinus nisi asinus: bos em̄ & canis nō est asinus. Quæ autē dicit: Mahometus est ap̄lus dei: valde est ambigua. Quæ igit ratio cōnexiōis harū duarū ppositio num: unius quidē p seipsā notē; alterius autē p seipsam ignosce: Quæ virtus vel quæ utilitas; ut quicunq; hoc confiteat/ de necessitate saluet. Itē Mahometus in p̄dicta lege dicit: q̄ oēs hoīes unū erant; & unius secte; & unius religionis: deus autē diuersos eos fecit: qui misit diuersos pphetas. Hoc autē neq; quousq; appareat verū esse potest. Maxime enim unus deus qui maxime unitatē & hoīm salutē amat; Nō em̄ diuisisset homines in diuersas sectas & errores & perditiones. Sed hoc inuidia demonis factū est & nequitia hoīm/ pmissiōe tñ dei: qui pmittit eos qui nolunt credere veritati/ in diuersos errores incidere. Item Mahometus in p̄dicta lege iubet tanq̄ ex ore dei interimī infideles. i. eos q̄ nō sūt Saraceni. Itē dicit de eis q̄ nō possūt recta cogitare: cū a deo nō deducūt/ deus autē eos nō ducit. Sed incōueniēs interimī/ p̄pterea q̄ nō possūt: quos autē possūt/ nō cōueniēs est cogere: p̄pterea q̄ nō placet deo seruitus coacta. Interimī autē nisi credant; vel aliquo modo simul impelli ad credendum/ & ipse qui hęc mandat Mahometus/ inconueniens iudicat & irrationabile; Dicit enim in capitulo

irrationabilis ppter doctrinā

Vñ secte hominum